

ut ex ungue judices, quantus hic Leo sit; ejus universam
 Porticum, volumen sic inscriptum, ejusmodi deliciis re-
 fertissimum habemus. de Fessela quid sentis? ut
 animum superstitiunculis, stultum quotidie plusibus
 plusibusque tenebris implicat, intuscat, involvit. Dic-
 tionario ad haec opus esset. quoniam videmus nunc
 pleraque assequi. Rogavi hinc mensibus hiis, ad
 me excurreret; neque enim Amstelodami aut Midae
 conventurus isto hede, prout ingruere res bellicae tempe-
 ratem video. Expecto quid ab animo impetratura
 sit. Tu vale, et tantum nimbum simul infestationum
 boni consule. Nihil reposeo praeter schedas Gallicas
 quas Patricius hactenus detinuit, plurimi autem quotidie
 molestissimi expetunt. Haga Com: XXV. Jan. 1645.

Reuro.

(374).
 Praevenisti me Vir Amplissime et doctissime, grata quidem
 mihi, et universae Ecclesiae utilissima diligentia. Fuit
 cum tandem ipse, pro meo modulo, medelam desti-
 narem ineptissimis, et (quod in sacris sine horrore
 et scandalis ^{non} dicitur) ridiculis Datheni Psalmis.
 Succuristi prior, et bonum me hercule factum.
 utcumque enim res inter nostras ceciderit (nostri
 horum infirmam pertinaciam) vindicaveris Ecclesiae
 existimationem, caram hostibus veritatis. Gratias
 summas habeo, pro munere aequi honesto, atque
 utili et jucundo. Siquid Theologici ab aulico reponi
 pateris, Ecce ut me Barlaam denuo in scenam
 protraxit. Mulieri amicae haec properaveram: Ille
 viris etiam expositum it, amicis promissum, et
 inimicis, ut hodie videretur. Ignosce pariter, illi
 nimium amanti; mihi verba dicam, nimium
 amenti et distracto, quam ut haec sublimia praestem
 prodiguitates. Si tamen affectum existimas, jam
 condempnasti. Vale Vir praestantissime et me
 ama. Haga Com: pridie Cal: Febr. 1645.

Heinsio.

Nobilissime ac doctissime Vir.

(375).

Triumviris, qui de opera Pompeiani praefati sunt pro-
 spectum est, ut decuit, et tu monuisti. Simul atque
 illos nummulos a Thesaurario ^{tibi transmittentur} nactus fuero, ut
 porro Frontinam, nisi grave est (graves quidem non
 esse, ut clitellas frangant facile conjicias) cures. Eadem
 opera.